

nostro, Henemanno dapifero seniore de Burnis, Opetz de Luppa, Alberto Knüt, Hartmanno de Buelewitz, Hermanno (?)<sup>a</sup> Goltakker, magistro Iacobo nostro notario sanctimonialibus cenobii sepe dicti de filii nostri Fr[iderici] benivolentia et consensu presentem litteram nostro sigillo signatam in testimonium evidens super eo. Datum Grimmis anno  
5 domini millesimo trecentesimo decimo, ix. kalendas iunii.

312.

*Paul, Bischof von Tiberias, urkundet, daß er im Kloster Nimschen einen Altar und eine Kapelle geweiht habe, und ertheilt denjenigen, welche an bestimmten Tagen daselbst zum Gottesdienst erscheinen, 40 Tage Ablaß.* **Grimma, 1311 Aug. 23.**

10 *Hlschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1941. Das wohlerhaltene S. des Bischofs an Pergamentstreifen. Gedr.: Hasche Magazin 6,518 f.*

In nomine domini amen. Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod nos frater Paulus | miseracione divina Tyberiadensis episcopus altare in claustro Nymtzen et capellam cum altari ibidem aucto|ritate dyocesani nobis tradita consecravimus de novo  
15 divina nobis clemencia suffragante. Cupientes autem |, ut eadem ecclesia a cunctis Christi fidelibus congruis honoribus visitetur et frequentetur diligentius, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festivitibus infra scriptis, videlicet nativitatis domini nostri Iesu Christi resurrectionis ascensionis penthecostes, quatuor sollempnitatibus sancte Marie virginis, singulorum apostolorum diebus, in anniversario dedicacionis, in  
20 diebus patronorum et in aliis diebus sollempnibus predictam adierint et visitaverint ecclesiam ac orando devote missarum sollempniis ibidem celebrandis interfuerint quocienscunque, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis in domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium hanc litteram scribi et nostro sigillo fecimus com-  
25 muniri. Datum Grymmis in vigilia beati Bartholomei anno domini M ccc undecimo.

313.

*Heinrich der Aelttere von Trebsen urkundet, daß er von dem Kloster Marienthron ein Allod in Selingstädt als erbliches Lehen empfangen habe.* **Grimma, 1312 Aug. 22.**

30 *Hlschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1971. Das S. des Ausstellers an einem durch Lostrennung des unteren Randes der Urk. gebildeten Pergamentstreifen. Gedr.: Hasche Magazin 6,519.*

Nos Heinricus senior de Trebissen tenore presencium publice profitemur, quod a sanctimonialibus in Trono sancte Marie prope Grimme | unum allodium in villa Seligenstat accepimus iure pheudali hereditarie possidendum. In cuius rei testimonium presentem | litteram nostri sigilli munimine duximus roborandam. Testes huius rei sunt dominus